

302

PRAESIDEM  
CVRIAЕ THORVNENSIS  
GRAVISSIMVM,  
VIRVM  
MAGNIFICVM ac GENEROSVM  
DOMINVM  
MICHAELEM  
WILLERVM.

*Currentis hujus Anni 1722. die 21. Decemb. circa  
6. vespertinam post tot innumeros ac intensissi-  
mos corporis dolores morte beatissima  
Curis omnibus solutum,*

*Et ex Curia Civili in Coelestem felicissime trans-  
latum, sequenti autem die 27. eiusdem men-  
sis cum maxima Suorum non minus  
quam totius Civitatis Cura tumulo suo ho-  
notifice illatum,*

*Paucis hisce comitari voluit, debuit,*

*Curarum adhuc plenissimus*

*Henricus Reichenius.*

DOMVS WILLERIANÆ

*Cler. subiectissimus.*

THORVNII,  
Typis, Ioh. Nicolai, Nobiliss. SENAT. & GYNN. Typogr.

BENEVOLE LECTOR.

**S** Ortis  
minimae, mediocris, maxima  
cogita,  
tuis hic oculis obversari  
non Encaenia,  
sed Naenia,  
Illi quondam postulantibus gaudium quotannis  
cum jubilo insolitum,  
his autem dolorem quotidie  
cum lacrymis maximum,  
& jam jam haut exiguum,  
ob fata nimirum

PRAECONSVLIS DIGNISSIMI,

<sup>ac p. t.</sup>  
PRAESIDIS GRAVISSIMI,

Pl. TIT.

DOMINI  
MICHAELIS WILLERI,

felici quidem ac salutari vitae exitu,  
infelici vero ac lacrymabili Curiae non minus,  
quam Civitatis, desiderio finira.

Desiderat namque Eundem Curia  
tanquam Collegam

Curarum, Laborum, Aerumnarum.

Desiderabit autem Civitas

tanquam Patronum

Felicitatis, Salutis, Securitatis,

Illas indefessus semper obiit,

opem nunquam recusando;

Hanc vero pro viribus adaugere studuit,  
confiliis usque succurrendo.

Inutroque memor (\*) sacri sui Iuris-jurandi,  
circa obeundum munus hocce,

Cui

Et [Dignitate praefuit,

Virtute profuit,

ante a se praestiti,

A quo difficilior, quam Sol unquam a cursu suo  
dimoveri potuit (\*\*)

hoc ipso a se averruncando

partim divini Numinis iram,

parrim quoque sibi conciliando

Civium singulorum Gratiam

Postre-

(\*) Sacrum non tantum dici, sed & esse Iusurandum, inter alia notanter vel ex eo probatur, quod S: Literae illi induit appellationem numeri Septenarii, quem Eruditi alias sacrum esse nominant. יְנִמֵּם tam septem, quam Iusurandum significat. vid. Gen. XX. 31. & XXVI. 34. de fonte Beersba.

(\*\*) Ad Exemplum Fabricii Rom. Honestatis olim ut hic Defunctus noster iurijurandi semper tenacissimi.

Postremo  
mole curarum,  
quibus, eheu! acutissimi corporis fuere admixti dolores,  
nimium quantum gravatus ac fractus  
denique succubuit,  
imo, proh dolor! occubuit.

Hinc

quisquis eris,

Curiam tibi minime imaginare tanquam Curis

vel minimis liberam,

sed maximis potius oppressam;

Dicam adhuc verius, sed & festivius:

tanquam libellum holosericum,

quem,

Si spectas foris, forma venustat speciosa,

fin intus, opera nonnunquam abundat dolorosa,

Toti dum tragicus nil nisi casus inest.

Hallucinabor autem neutiquam,

si Naeniorum Lugubria,

Magnō alias huic Praesidi debita,

Encaeniorum modo non frenata, sed effusa dixerim gaudia

Abdicatis namque Curis soli

initiatus jubilis est poli,

dum,

Morte corporis feliciter superata,

Felicissimo simul animam depositus loco,

ibidem,

ablata Cura qualicunq;

tanquam Curiosus modo Mysteriorum Inspector

tristitia cum laetis,

caduca cum aeternis,

mala cum bonis,

humanaque cum divinis

permutando.

LECTOR AMICE,

Qui Aegyptiis adhuc lateribus in vitae huius servitute

coquendis & bajulandis fatigaris ac attereris,

addo plura:

Qui variis, iisque infinitis etiamnum Curis  
Coqueris, concoqueris, decoqueris, excoqueris, per-

coqueris & recoqueris,

Ardentissimum Illius desiderium,

quod cunctis reliquit

in Votum,

ob terram Canaan benedictam,

quam consecutus est,

devotissimum converte,

Manibus Eius bene precando.

Et, quia

τὰ καλὰ δύσκολα,

eo majori ope ἀδιαλείπων nitendo,

ut asperis hujus seculi Curis aliquando solitus

astris non minus beatissimis cum Ipso inseraris.

Interea,

velut Vnio & in profundo maris Gemma manet pretiosa,

Aurum & in abditissimis fodinis Metallum exquisitum

Illas vel in obscuro Opus excellens;

ita

Ita  
**PRAESES HIC NOSTER**

& in visceribus terrae  
post tot Curarum myriadas  
Clarus semper ac Insignis.

Platoni sua Scientia,  
Cimoni Liberalitas,  
Sufficiat itaque Aristidi Iustitia,  
Catoni Gravitas,  
Dædalo Ingenium,  
Harpocrati Silentium,  
multosque alios divisae multae virtutes efficiant claros,  
**HVIC** (praeter Pietatem,) sola atque unica, eaque sancta  
comissi a DEO muneric Cura Publica suffecit,  
qua  
Et vivus Gloriam meruit,  
mortuus Famam reliquit.  
His abi ac vale.  
&, quoad valueris,  
disce,  
Curas huius vitae,  
cum Curia coelesti tandem rite,  
imo  
In ipsa Ανατολα tua  
cum Gloria eiusdem  
αμάντω καὶ αμαρτυρίᾳ  
quam felicissime aliquando. commutare.

---

**EPITAPHIVM.**

*Sis, quicunque voles, Curarum plene Viator,  
Disce semel. semper ne moriare, mori.*



4084